Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

mentes ad fidem uerbo exhortationis informauit.
Tonitrua quoq; significant comminationem terrenis
diuini iudicii. Sed uoces tonitrua fiunt ut hii qui
forte miracula contempnunt uerba despiciunt. ter-
rore diuini iudicii quatiantur. Terre motus uero
persecutionem significat que ecclesiam e contra sanctos. Un
de et bene p terre motu grando sequitur. Nam et gran
do eos significat qui persecutionem commouent. Grando
quippe et fruges terre comminuit. et ipsa comminuitur:
fitq; ut et grando fundatur deficiat. et denuo terra fruc
tificet. Sic numero huius seculi principes dum perseque
bantur sanctos. et affligebant ipsi quoq; [illegible]
et ad nichilum redigebantur: aut uirib; scilicet aut
commutatione in melius. Multes etenim de his qui
ecclesiam di persecuti sunt. ad fidem di conuersi cepe
runt pati que prius aliis inferebant. Porro malis
patientibus aut etiam qui fuerunt p defunctis
conuersi ad utilitatem ecclesia fructificare in bono opere
et crescere cepit in fide. Et signum magnum apparuit
in celo mulier amicta sole. et luna sub pedib; eius.
Istud est signum de quo admonitus est achaz. ut petere
signum a deo in profundum inferni siue in excelsum super.
Sed cum ille diceret: non petam et non tentabo dnm.
conuersus ypheta ad domum dauid dixit. Propter hoc
hec dicit dns. Ecce dabit uobis signum. Ecce uirgo con
cipiet et pariet filium et ecetera. O magnum quippe fuit
signum quando uirgo concepit et peperit et p partum
uirgo permansit. Et in celo hoc factum est id est in ecclesia cui
et mater diuinorum membrorum erat. Mulier amicta sole